UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

XXXVII. Petze Sturm und sein Bruder, der Schulze in Woldenberg, verkaufen dem Kloster Marienwalde 20 Hufen zu Lamprechtsdorf, am 21. März 1361.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

XXXVII. Petze Stym und sein Bruder, der Schulze in Woldenberg, verkaufen dem Kloster Marienwalde 20 Hufen zu Lamprechtsdorf, am 21. März 1361.

In nomine domini Amen. Ad rei geste memoriam sempiternam Vniuersis Christi fidelibus presentia Cognituris Nos Consules Ciuitatis Woldenberg recognoscimus publice protestantes, Quod Peze dictus Stym et vxor eius Katherina vna cum fratre eius Gyfone, prefecto in Woldenbergk Ciuitate predicta, matura consilio prehabito, non coacto modo, sed bona et libera voluntate, vendiderunt presentibus et vendunt, resignauerunt et in hiis scriptis resignant religiosis et reuerendis viris domino Joanni, Abbati in Marienwalde, totique conuentui ibidem viginti mansos sitos in rampis et metis ville Lamprechtsdorff cum omnibus pertinentiis suis et vtilitatibus vsu fructibus suis, pactu, pullis fumalibus et pactualibus cum collatione ecclesie cum medietate Judicii prefecture cum vno taberno (sic) et si aliquid in precaria habuerunt, Aut si vxori prenarrati Pezen, Katharine prescripte, aliqui mansi ex pretactis viginti mansis fuerint in dotalicium collati totum vendiderunt et resignauerunt. Et ipsa prenominata Katherina beneuole et benigne resignauit cum tali Jure, sicut ipsi et parentes eorum sepe dictos vinginti mansos in Lamprechtsdorff possederunt, pro quadringentis et viginti quinque marcis monete Stetinensis, Et in hac venditione tota briga et controuersia inter predictos religiosos et reuerendos viros dominos de Marienwalde et sepedictum Petzen Stym habita erit totaliter concordata, sedata et sopita, In cuius rei testimonium nostre Ciuitatis publicum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum in Woldenberg, Anno domini M°. CCC°. Sexagesimo primo, dominica die in ramis palmarum. Presentibus et testibus Arnoldo de Often, Ludolpho de Mellentin, Gunthero de Gunterfberg et Conrado de Crempzou, famulis strenuis, et Nicolao Hoine, Petro Lentzen, Conrado Doberpol et aliis quampluribus fide dignis.

Aus dem Marienwalder Copialbuche. Fol. 20.

XXXVIII. Die Stadt Woldenberg bekundet, daß der Abt zu Marienwalde das Kaufgeld für Peter Stym's Gut zu Lamprechtsdorf vollständig gezahlt habe, am 20. April 1362.

Vniuersis Christi fidelibus, Ad quorum notitiam presens scriptum peruenerit, Nos consules Ciuitatis Woldenbergk recognoscimus presentibus publice protestantes, Quod reuerendus vir frater Joannes, Abbas in Marienwalde, vna cum conuentu suo persoluit et pagauit integraliter et numerauit Trecentas et quinquaginta marcas monete Stetinensis petro dicto Stym, nostro ciui dilecto, pro mansis suis omnibus et bonis aliis suis, quos mansos et que bona predictus Petrus Stym in villa Lamprechtsdorff predicti domini Joannis Abbatis et sui conuentus quondam habuit et possedit. Nec non sepedictus petrus Stym vna cum vxore sua predictos mansos cum omni Jure eorum et cum omnibus pertinentiis suis, quocunque nomine censeantur, libere et beneuole resignauerunt. Preterea prenarratus Petrus Stym et vxor eius omnes promissores seu